



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolæ Præpositorum Generalium Ad Patres Et Fratres Societatis Jesu

Oliverius, Horatius

Pragae, 1711

XVII. Ejusdem ad PP. & FF. Societatis Jesu. An. 1602. 29. Jul. De recursu ad
Deum in tribulationibus, & persecutionibus.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55386](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55386)

Præpositorum Generalium
Societatis JESU
XVII.

R. P. N.

CLAUDII
AQUAVIVÆ

Præpositi Generalis V.

Duodecima,

Ad Patres & Fratres Societa-
tis JESU.

Anno 1602. 29. Julii.

*De recurſu ad Deum in tribula-
tionibus & perſecutionibus.*

i. **P**rimis annis gubernationis noſtræ, *Quantis*
quæ divina fuit benignitas, ma- *adverſita-*
gnam ubique ferme gentium, per *tibus affli-*
quas Societas diſcuſa eſt (quod ita tunc ex- *cta ſit So-*
pedire videbat) proſperitatem, lætôſque ac *cietas?*
felices proceſſus conſecuta eſt: adeo ut PP.
Aſſidentibus dicere ſolerem, dum tranquil-
litas erit intendendum nobis eſſe curſum na-
vigationis, quâ dirigendo, quâ ordinando,
X me-

melioremque ad formam res & membra
 gula revocando : successurum fortasse
 pus, quo necesse foret cum procellis
 lisque luctari, & curam ac vires nostras
 propellenda potius pericula, quam ad
 gnos progressus faciendos convertere.
 idem Dominus, qui summa cum sapien-
 nos regit, qui (ut loquitur S. Augustinus)
tempora mutat, non consilia, quemadmodum
 erga ceteras olim Religiones sibi caritas
 ita semper se gessit, ut illas identidem
 ceret, illustriorésque plurimis tribulatio-
 bus efficeret; sic & minimam hanc nostram
 ab aliquot annis exercere, variisque
 probare dignatus est. Nos sanè, qui ex
 loco, tamquam ex specula, totius Orbis
 nostri statum uno aspectu contemplari
 sumus: facilè animadvertimus, licet
 unquam tempore, nunc hac, nunc illa
 parte adversa defuerint; tanto tamen
 gis universales & magis continuas tribu-
 tiones ac persecutiones variis in Provinciis
 nunc esse, quæ à multis diversisque ho-
 num generibus inferantur, ut officii
 necessaria quadam instigatione permoti
 citare omnes cogamur, ac toto cordis
 etu in Christi visceribus orare, ut com-
 ni studio atque ope communem hanc ca-
 sam complectantur; nec Societati modo

stræ, sed ipsi etiam Dei Ecclesiæ communem, cujus cum rationibus conjunctissimus haud dubiè status est, seu melior, seu deterior, hujusce Religionis.

2. Primùmque omnium maximas censeo habendas esse gratias paternæ optimi illius Domini providentiæ, qui tanto amore nos prosequitur: quandoquidem tribulationes, quas immittit, eò tendere sperandum, ut meliores nos reddant, quia sicut rectè à Cassiano scriptum est, *Faciliùs quis elidi potest prosperis, quàm adversis: hæc enim interdum etiam invitos retinent atque humiliant; & compunctione saluberrima, vel minus peccare faciunt, vel emendant: illa verò mollibus mentem ac perniciosis extollentia blandimentis, securos felicitatis suæ proventu, ruina majore posternunt.*

*Tribulationes
vergunt
in bonum
nostrum.*

3. Tria deinde omnibus nobis curæ esse, & à singulis præstari cupio. Unum ut Deum ardentissimis precibus exoremus, illuminare ac docere nos velit, quid tandem à nobis exigat per hujusmodi tribulationes: nè fortè puerorum similes simus, qui cum à patribus corripuntur & vapulant, lacrymis planctûque contenti, nec causas requirunt, cur pœnas dent, nec de emendatione sua solliciti sunt. Nos enim in nos ipsos descendere debemus, & altiùs intima nostra rima-

*Tria in
his curæ
nobis sint:
1. Oran-
dus Deus,
ut nos doceat, quid
à nobis
exigat.*

ri atque excutere, animo id reputantes, me-
 brorum vitia in totum corpus redundare
 multosque fortasse sanctos, verosque
 servos in nobis esse, qui propter delicta
 fra eadem tempestate agitentur, licet
 tu & sine longè dissimili; quippe cum
 tamquam aurum purificet, nitorémque
 afferat & perfectionem; ignavis verò &
 negligentibus novarum imperfectionum
 teriam, tepiditatémque perniciosissimam
 Cupio itaque ut præter usitata examina-
 rium quoddam atque accuratum de moribus
 nostris omnes, deque privatae vitæ ac
 plinæ norma rationem ineamus, sedulo
 vestigantes, an aliquam revera his malis
 detractionibus occasionem præbeamus.
 loquuntur v. g. de nobis homines, quæ
 mium in sæcularia negotia nos ingerant
 quòd externis occupationibus congestis
 busque plurimum distrahimur & occupa-
 mur; quòd circa doctrinam liberi simus
 diosique novitatis; quòd habendi cupimus
 avari; quòd honoris amantes ac prop-
 existimationis; quòd denique de aliis
 moribus factisque facile loquamur & ja-
 cemur. Qui quidem ac similes defectus
 cum à malevolis jactantur & sparguntur,
 que ab unoquoque pronis, ut solet, auribus
 audiuntur credunturque, dici non possunt
 quæ

quàm odiosam, & quàm despicabilem reddant quamlibet Religionem. Quòd si qua in nobis fortè sublit occasio & fundamentum, eò fit ut boni ipsi & benevoli, fautoresque nostri aciem acriùs intendentes, ea observare ac notare incipiant, quibus ipsorum animi incredibiliter refrigescant. Ideoque ante omnia necesse est, quod dixi, ut singuli diligenter explorent, an ulla detur occasio: & quod in se culpæ agnoscunt, hoc emendent: ad propriam perfectionem studiosius & enixius incumbentes per internam sui recollectionem, & circumspectionem, per vera religiosæ humilitatis indicia, per modestiam & ædificationem in verbis, *Nul-* 1. Pet. 2.
li malum pro malo reddentes, nec maledictum pro maledicto: sed è contrario benedicentes: totam denique vitam ità conformantes, ut Deus, quod B. Cyprianus ait, in filiis suis clarificetur, dum in illis tanti Patris imago resplendet. *Si enim, inquit, hominibus latum est & gloriosum, filios habere consimiles; & tum magis generasse delectat, si ad patrem lineamentis paribus soboles subciviva respondeat; quantò major in Deo Patre latitia est, cum quis sic spiritualiter nascitur, ut actibus ejus & laudibus Divina generositas predicetur.*

4. Secundo loco necesse est, ut ad orationem omni studio recurratur; tamquam *ad* 2. Ut recurreamus ad Deum.

ad remedium efficacissimum, & à sanctis
 Pſal. 76. ris perpetuo usurpatum, dicente David:
 2. *die tribulationis meæ Deam exquisivi manibus*

Pſal. 34. & alibi rursus: *Cum mihi molesti essent*
 15. & 16. *duebam me cilicio; humiliabam in jejuniis*

manus meam: & oratio mea in sinu meo con-
teretur. Quibus verbis assiduum orationis
 usum valde significanter expressit; quod
 cujuscumque quæ in sinu identidem agit
 & revolvatur. Satisque constat Religioſorum
 ordines S. Dominici & S. Francisci ad
 maximè præsidium convolasse, quo tempore
 gravissimis & ipsi difficillimisque tribulationibus
 pestatibus jaclabantur. Propterea etiam
 pariter, ut quod alias sæpe à nobis statuitur
 est, sepositis per aliquot dies ceteris negotiis
 spiritualibus Exercitiis dies illos impendimus,
 eaque non solum ad privatum profectum
 nostrum, verum etiam ad communitatis

Pſal. 34. Societatis auxilium referamus, ut Dominus
 2. *apprehendat arma & scutum, & exurgat*
adjuvatorum nostrum, gratiamque ac lucrum
 nobis infundat, nè adeò præsens beneficium
 rendi, & spirituales thesauros accumulandi
 occasio sine fructu nobis elabatur de manibus
 bus, aut cum jactura etiam, quod gratia
 foret, per ignaviam vel impatientiam nostram
 stram effluat: cum occulta Dei beneficia

cujusmodi sunt tribulationes, intentis oculis spectari debeant, & nos ambidextri in illis esse: quod tum nimirum accidit, si ut præcipit Cassianus, ea quæ prospera sunt, dextræque censentur, & ea quæ adversa sunt, & sinistra dicuntur, bono rectoque usu ad partem dexteram fecerimus pertinere: & quacumque fuerint illata, fiant nobis, secundum Apostolum, arma justitiæ. Neque ex eorum numero sumus, de quibus secundum 70. scriptum est in Proverbiis: *Omnia adversa viro insipienti: nec prosperis enim rebus proficit, nec emendatur adversis.* Ad hunc ergo finem præterquam plurima sacrificia & suffragia, quæ ex communi Societatis thesauro, partim eò jam destinavimus, partim etiam in dies destinaturi sumus; expedit ut singuli pro devotionis suæ modo aliquam poenitentiam, mortificationem, privatamque orationem offerant: adjiciantque ad communes Litanias, quæ à Superioribus indicentur, etiam *Ave maris stella*, aut *Salve Regina*, ad Matrem sanctissimam, quæ tanto semper cum affectu, tantoque cum fructu eorum patrociniū suscepit, qui in ejus se præsidium ac tutelam conjecerunt: adeò ut D. Bernardus (nullum unquam in cassum ad ejus opem confugere significans) his illam verbis alloqui non dubi-

2. Cor. 6.

Cap. 14.

Et ad B.
Matrem
Ejus.

taverit : *Sileat laudes tuas , Beata Virgo , te invocata in necessitatibus suis meminisse defuisse.*

3. *Ut non cadamus animis ;* 5. Et quoniam ita prorsus mihi persuadeo , inter cetera , quae daemones , haereticorum calumniarum ac persecutionum auctor incensor , sibi proponit , non postremo id esse , ut nos animis cadere faciat , redetque ab auxilio animarum , dum tot maiorum , inferiorum omnium ordinum obrectationibus impugnari nos videbitur.

Eccl. 7. 8. quia cum vere a Salomone dictum sit , *lumnia conturbat sapientem , & perdet eum cordis illius* , mirum haud fuerit , si in nos solam Dei gloriam proximique salutem sectamur , in eo ipso praepediri nos sentientes , inde sensim aut pusillanimitate aut tadio fracti debilitatque gradum regrediamur.

imò per has potius erigamur. Dei contra , qui ad gloriae cumulum , ipsius inimici manibus concitatus nobis architectatur , consilium voluntateque esse credendum est , ut novo fervore incensi , ardentiore quam unquam spiritum proximi salutem per ministeria nostra clamoremus , quid D. Paulus dicat , attendentes :

1. Cor. 16. 9. *Ostium enim mihi apertum est magnum & evidens , & adversarii multi.* Quem locum praclare S. Chrysostomus duo loca pariter conjungi & copulari solere ob-

vat, propterea quòd humanæ salutis hostis, ubi ostium ad fructificandum latiùs patefactum est, ibi acriores adversarios atque impedimenta suscitât & obtrudit. Omnino autem animos nostros vehementer acuere, fervorémque accendere debent vel fructus ipsi, qui ex Missionibus undique uberrimi reportantur; populorum concursus, affectus, & amor ingens quem declarant; lætitia & plausus, quo venientes excipiunt; lacrymæ & voces quibus digredientes prosequuntur. In quibus omnibus manifestè elucet gratia vocationis nostræ, cui nè desimus, omni nobis cura & attentione providendum est. Ità enim fiet ut messis amplissima colligatur: & Dominus, qui salutem animarum tantopere fitit, tantò nos impensius protegendos suscipiat, quantò gloriæ suæ, hujusque animarum cibi avidiores nos recognosceret.

6. Ad hæc, Superiores privatim hor-

*Externi,
presertim
Magnates nobis
conciliandi.*

tor, ut diligenter emendare studeant, si quid in eo desideretur, quod Beatus Pater Noster in 10. parte Constitut. §. 11. nos admonet de amore & caritate externorum, ac præcipuè Magnatum, erga Societatem conservanda. Sed meminerint hoc ipsum religiosâ potiùs modestiâ, simplicitate, atque humilitate, ac solidæ virtutis existima-

X 5

tio-

tione perfici, quàm aulica urbanitate, g
tisque humanæ bevolentiaë obsequiis: qu
licet interdum nonnullis principibus v
placere soleant, vel ad oblectationem, v
ad certum ipsorum finem, ac propositum
sæpius tamen in illorum animis opinione
relinquunt aulicorum, & festivaë conver
tionis hominum, aut fortasse etiam super
borum, ambitiosorum, gloriæque cupido
rum, quàm bonorum ac simplicium Re
giosorum.

*Nos verò
charitate
tantò ma
gis unia
mur.*

7. Commendo ad extremum hac
occasione, mutuam inter nos unionem
fraternam caritatem: non solum quia
illam acceptiores Deo erimus, & in
dio nostri, ut salvet nos, habitare digni
tur; verum etiam quia quidquid extrin
cùs imperum faciat, quamdiu colligati
vinculo erimus, tutiores fortiorésque futu
ri sumus. Quare per Christi Domini
stria amorem obtestor, ut dispiciatur etiam
atque etiam, nè quid desit ab hac parte
quoniam re ipsa, quæ unionem hanc lae
re possint, multa sunt: seriisq; atque effi
cacibus remediis occurratur; recogitanti
que Superiores exactissimam se Deo ratio
nem reddituros, si adeò pestilens ac perni
ciosum malum invalescere sinant. Quod
hic unus fortasse inter alios fructus est, quem

ex tribulationibus istis elicere nos vult Deus, ut nosmetipsi tantò inter nos conjunctiores simus. Quod si qui in sæculo secundùm carnem fratres sunt, inter quos aut rei familiaris controversiæ, aut privatæ aliæ causæ graves sæpe discordias suscitant, simul atque foris inimicitia exoriuntur, mox arctissimè sese consociant, summâque unione defendunt; multò magis eos qui non carne & sanguine, sed eodem spiritu, eadèque vocatione conjuncti sunt, colligari inter se, mutuisque auxiliis adjuvari æquum est, dicente Spiritu sancto: *Frater ad- Prov. 18. juvans fratrem quasi turris munita*, ut non ^{19.} immeritò concluderit D. Bernardus: *Pax vobis à vobis fit, & omne quod exterius minari videtur, non terret, quia non nocet.*

8. Quibus in verbis ut finem faciam, *Deus unà excitat alios, qui nos defendant.* solum hoc addo, majorem in modum optare ac desiderare me, ut ad hæc omnia summo opere invigilemus, secùmque statuant universi, multò graviolem re ipsa necessitatem esse, quàm aut his aut aliis litteris explicari queat. Quamvis Divina sapientia more suo non intermittat & multos excitare, qui nos ex animo defendant, & *protectionis interrim sua manum inter nos, & ignem*, ut loquitur S. Macarius, *opponere, ut nos calefaciat, non adurat.* Ipse suo nos omnes afflatu

332 Ep. XVII. R.P.N. CLAUDII AQ. 1.
flatu moveat, ut amor & caritati, que
communi parenti nostræ debemus, un
ejus gloriæ adspectu studioque responde
mus. Omnium precibus & sanctis sacr
ciis me commendo. Gratia Domini nostri
JESU Christi cum omnibus vobis. Ro
mæ 29. Julii, 1602.

Omnium in Domino servus

CLAUDIUS AQUAVIVA